UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An natus â parentibus veneficis debeat rebaptizari. [n.] 62.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

lud fuiſſe vegetatum à corde humano, quod principatum tenet inter partes hominis.

61. RESOLUTIO tertia: Si potiores partes corporis ſint ſpeciei ferinæ, & conſtat monſtrum progenitum eſſe ex viro & muliere, baptizandum eſt cum conditione: ſi autem ſciatur eſſe Satyrus ex muliere & beſtia natus, is omnino Baptiſmo careat. Ratio primæ partis, quia ex merô humano ſemine beſtia gigni non poteſt, & ſecundæ quia talis Satyrus; ait Bonac. *de ſacram. diſp. 2. q. 2. punct. 6. n. 3.* non deſcendit ex Adamo; ideoque renaſcendus non eſt.

CONFERENTIA. XXII.

QUidam â veneficis parentibus natus, à diabolo valde infeſtatur, nec ſciri poteſt ulio

62. indicio, ubi, vel à quo baptizatus fuerit. Quæritur proinde, an ſit rebaptizandus ſaltem ſub conditione? R. R. Gob. hic n. 384. diuturnas & graves infeſtationes dæmonis poſſe quandoque inijcere prudentem ſuſpicionem, aut metum, ne quis non ſit baptizatus validè. Probari id poteſt varijs exemplis illorum, qui poſtquam fuerunt rebaptizati, obtinuerunt quietem animi & corporis; quæ Exempla refert poſtea n. 456. & 457.

CONFERENTIA. XXXIII.

IN urbe quadam Helvetiæ ſunt duæ Eccleſiæ, in quarum una pro Baptiſmo adhibetur aqua elementaris, in altera ſat crebro aqua roſacea; jam